

Johann Weinmann Wolfgang Jacob Müller

Dissertatio Theologica De Actione Dei Prima Ab Aeterno, Quae dicitur Praedestinatio

Altdorphi[i]: Scherffius, 1637

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn786503254>

Druck Freier  Zugang



A-D A. 06 52 b. 6.
 A-K A. 06
 26y
 A-F A-C
 20y A-E
 A. 06 A-D
 34y A-D
 A. 06 A-F
 A-G A-D
 A-E A-F
 A-C A-F
 A-F A-G
 A-H A-C
 A-L A-D
 A. 06 A-C
 A-E A-D
 A-F 38y
 A-D 32y
 A-C
 A. 06
 A-C
 A-C
 A-D
 A-D
 24y
 A-F
 A-D
 A
 31
 A. 06

52

Fa-1092 (52.)


DISPUTATIONES THEOLOGICAE MISCELLANEA.
Tomo hoc XCVII. comprehensas.

Scrutinium Scripturae Sacrae. Pr. P. 1.
Conformitas Iudeo. Papistica in loca
de Scriptura Sacra. Pr. D. N. Gesero. 2.
de Analogia Filii. Pr. D. N. Calorio. 3.
de Interpretatione Scripturae S. I. Mylio. 4.
de SS. Scripturae Authontate. Perfectione
ac Perspicuitate. Pr. M. El. Veselio. 5.
de Hermeneutica vera et falsa. ad 2.
Pet. 1. p. 20. 21. Pr. D. D. Hebelio. 6.
de Cognitione Dei definitiva, an debeat
Pr. M. Joh. Wemmamo. 7.
de Sanctissimo Trinitatis Mysterio. Pr.
Sebast. Niemamo. 8.
de Personarum divinarum distinctione,
an et quam illa sit. Pr. Eodem. 9.
de Actione Dei prima in tempore, quae
dicitur Creatio. Pr. M. Joh. Wemmamo. 10.
de Permissione divina circa peccata. Pr.
Christiano Chemnitio. 11.
de Apparitionibus Demonum. Pr. D. Joh.
Meisnero. 12.
de Natura et Qualitate Luminis Glo-
riae. Pr. D. Joh. Ernesto Gerharo. 13.
de Peccato Veniali. Pr. Eodem. 14.
de Peccato in Spiritum Sanctum. Pr. M.
Joh. Wemmamo. 15.
de Phrasi Scripturae, qua Deus dicitur
Indurare, Excoecare. &c. Pr. D. S. Schmid. 16.
de Viribus Liberi Arbitrii in Conversione.
Pr. D. Sebast. Niemamo. 17.
de Actione Dei prima ab aeterno, qua
dicitur Praedestinatio. Pr. M. J. Wemmamo. 18.
de Phrasi Scripturae, Delectionis à libro
Vita. Pr. D. Sebast. Schmid. 19.
de Foemina Circumstante Virum tan-
quam novo, quod creavit Dominus. ex
Verem. 31. p. 22. Pr. Habichtshorstio. 20.
de Aphorismo Joh. ch. 4. Verbum Caro
factum est. Pr. M. Joh. Wemmamo. 21.
de Aphorismorum Theologiae. De In-
caratione Filii Dei Tom. I. N. 1. C.
Pr. Eodem. 22.
de Aphorismo Paulino ex 1. Tim. 3. #.
de Deo manifestato est in Carne. Pr.
Parallelisma Calvinae Nestorianus. 23.
Pr. Johanne Adalmo Schaepero. 24.

De Triplici Officio Christi. Pr. P. 1. 25.
De Michael. Pr. Dehmic. 26.
De Problemate Theologico, ad Anti-
culus Filii de Ascensione Christi
in Coelas quicquam Ideoget vera
Corpori et Sanguini Eiusd. Pr.
Sentia in S. Coepha. Pr. D.
Ecclestino Mylenta. 27.
De Poenitentia. Bestiarum Nivivi-
tica. ad Ion. c. 3. comm. 2. S. Pr. P.
Joh. Fridenco Mayero. Vicant. 28.
De Sigillo Confessionis. Pr. D. Joh. 28.
Anol. 2. uer. West. 29.
De Numo Confessionario. Nou. Pr. Pr. D.
Bluming. Complement. Auth. & P. Miller. 30.
De Satisfactionibus proprijs pro pe-
nis temporalibus. Vemisse de pe-
nis hinc vitat. Pr. D. Joh. Dehmic. 31.
De Regula Juris Natura. Pr. D. P. 31.
De Confecto Pontificiorum. Septe.
nario. Sacramentorum Numero.
Pr. D. Joh. Ernesto Gerharo. 32.
De Baptismo. Pr. M. Lev. Pouchenio. 33.
Quart. Cas. Cam. Absstemys quid.
agendum in SS. Synaxi. Pr. D.
Analysi. quest. 4. 1. Cor. 10. Pr. P.
D. Joh. Henmic. 34.
De Fide in Messiam Patriarchali.
ex Genes. 49. p. 13. Pr. D. S. Schmid. 35.
De Donis Operibus. Pr. M. J. Wemmamo. 36.
De Donis Operibus. Pr. D. S. Niemamo. 37.
De Honoru Operum Necessitate. 38.
Pr. D. Joh. Ernesto Gerharo. 39.
Jaeq. Clavis Ligantis. Pr. D. Damhaw. 40.
Juv. nova p. 17. 7. novas. ex. 41.
Exce. 4. 1. Pr. G. Greenio. 42.
Purgatorium exustum q. Papistas. 43.
Pr. D. Joh. Adamo Schaepero. 44.
De Reliquis Christi et Sanctorum.
Eorum cultu. Pr. D. S. Niemamo. 45.
De Resurrectione Mortuorum. 46.
Pr. M. Lev. Pouchenio. 47.
De Resurrectione Impiorum. Pr. 48.
D. Johanne Meisnero. 49.
Contra Empyricas Promissionis
Adventus Christi Ultimi. Pr. D. Wemmamo. 50.
De Gemitu Creaturae intelligentis. 51.
Pr. D. I. Christophoro Ottone. 52.
De Appellatione ad supremum. In. 53.
Licet Iesum Christum. Pr. I. E. Gerharo. 54.
Fasciculus Viventium. Pr. 55.
Pr. Sebastiano Schmid. 56.
Hoffew. Augustano. 57.

Collecta à M. Antonio Ulrico
Comp. Tubinga. Anno. 1680
d. 14. Junij.

V



DISSERTATIO THEOLOGICA
DE
ACTIONE DEI PRIMA
AB ÆTERNO,
Quæ dicitur
PRÆDESTINATIO.

Pro cuius subjectis thesibus

Moderatore & Auspice Christo

SUB PRÆSIDIO

Viri plurimum Reverendi & Clarissimi

DN. M. JOHANNIS Weinmann / S.S.

Theolog. Prof. Pub. & Eccles. Minist.

Præceptoris & Fautoris sui multis

nominibus suspiciendi,

Publicè respondebit

M. GVOLFGANGUS JACOBUS Müller /

Cantor Altdorphi opidanus.

In Auditorio Theologico

Addièm Augusti.



ALTDORPHI,

Typis BALTHASARIS SCHERFFI,

Universitatis Typographi.

M. DC. XXXVII.

31
36
37
21
28
40
4
4
4
11

VIRIS

Magnificis, Nobilissimis, Amplissimis

Secretioris Senatus Septem Viro, Senatoribus in inclyta Imperiali Urbe Noriberga gravissimis, Ephoris Ecclesiarum Provincialium laudatissimis, meritis, Dominis & Patronis suis submissè colendis,

Omne animæ & corporis emolumentum
precatur.

DE Diogene Cynico scribitur, quod, cum Corinthios irruptionem Philippi Macedonis metuentes, circa bellicas expeditiones mirum quantum occupatos videret, ipse quoq; nihil habens aliud commodius, quod ageret, cincto circum se pallio, dolium, in quo inhabitabat, sursum deorsum volutarit, ne inter publicas hominum occupationes à labore solus videretur feriari. Ego dum indefessam incolarum hujus Universitatis operam atq; studium, quæq; certatim omnis generis exercitia, quæ publicè, quæ privatim habentur, accuratius perpendo, hoc ipso, ne inter tot operi intentissimos Murcia solus litare videar, de sese deprehendar, hoc, inquam, ipso Philosophum imitari apud me constitui, & disputationem hanc de Prædestinatione, dignam sanè materiam, quæ tum in concionibus publicis, tum in scholis bene dilucidetur, pro viribus defendendam suscepi. Vobis autem, Magnifici & Amplissimi Domini, Patres Provinciarum Norimbergens. honoratissimi, disputationem hanc, observantia erga vos mea obsidem dedicare volui, demissè rogans, ut eam propter communem, sinceram Religionis confessionem favorabili animo suscipere, ac me meosq; ulterius Vobis commendatos habere dignemini. Valet, & bono patria, Resp. literaria, Christi, Ecclesia diutissime vivite, Datum Altorph Anno Salvatoris 1637. eo ipso die, quo parens meus p. m. in florentissimo hoc Lycæo sub presidio Ex. Dn. D. Schopperi pie defuncti de eadem materia publice Respondentis munus obivit.

V. M. & A.

humilimus cliens

M. Gvolfgangus Jacobus Müller/ Resp.



DE PRÆDESTINATIONE

THESIS I.

Refert Aureli⁹ Augustinus, magnum illud Ecclesiæ Patrum & Episcoporum speculum & exemplar, lib. 11. Conf. cap. 12, olim cuidam curiosè magis quam piè sciscitanti, quid DEUS fecerit, antequam cœlum & terram condiderit, hoc datum fuisse responsum: *Alta scrutantibus paravit gehennas.*

2. Satis accommodè! Nec putamus, alio hominis hujus curiosam petulantiam ac petulantem curiositatem melius potuisse coerceri & reprimi. *Qua enim DEVS occulta esse voluit, non sunt scrutanda: quæ autem manifesta fecit, non sunt neganda; ne in illis illicitè curiosi, & in his damnabiliter inveniamur ingrati, monente sic Mediolanensium Doctore D. Ambrosio lib. 1. de vocat. gentium. cap. 7.*

3. Ergò hîmpidissimos Israelis fontes si consulimus, in aprico est, DEUM ante hunc conditum mundum non omninò otiosum, sed inde ab omni æternitate de salute ac felicitate nostra paternè sollicitum fuisse. *Elegit nos in Christo πὲρ καταβολῆς κόσμου, ante constitutionem mundi, ait electum illud DEI organum Paulus Eph. cap. 1. v. 4 Et data est nobis gratia in Christo Jesu πὲρ χρόνων αἰώνων, ante tempora æterna, 2. Timoth. c. 1 v. 9.*

4. Unde haut immeritò nonnulli actionem DEI primam statuunt duplicem, unam ab æterno factam, quæ dicitur Prædestinatio salvandorum, sive electio

A 2 filiorum

31
36
37
20
9
28
40
4
4
4

120
filiorum DEI, ad laudem gloriosæ suæ gratiæ & ipsorum salutem: alteram in tempore, quæ vocatur creatio totius universi, & omnium, quæ sunt in eo, non minus ad DEI gloriam & laudem, nostrumque omnium communem utilitatem.

5. Nos in præsentia dissertationem instituturi de æterna prædestinatione, dogmate sanè arduo atque difficili, quod Brulefer lib. I. dist. 40. serpenti comparat, qui *hydra* dicitur. Huic si unum caput abscinditur, nascitur sibi aliud, & si duo, nascuntur alia duo capita. Eadem ferè ratio videtur dogmatis de prædestinatione divina, in cujus Scrutinio etiam si una vel plures difficultates superentur, statim tamen aliæ exsurgunt longè majores.

6. Quare piè, cautè ac sobriè de profundo hoc mysterio loquendum ac disputandum erit, non à priori, hoc est, ab arcana DEI voluntate, quæ est inscrutabilis atque impervestigabilis: sed à posteriori, hoc est, à vulneribus Christi, ut D. Staupitius aliquando dicere ac monere consuevit. Non ex cæco rationis humanæ judicio in absoluto DEI decreto hærente: sed ex solo DEI verbo, quod *lucerna est pedibus nostris, & lumen semitis nostris*, Psal. 119. v. 106.

7. Quod etiam Pictavorum Episcopus Hilarius lib. 5. de Trinit. significare videtur hisce verbis: *Non est de divina prædestinatione humanis judicijs sentiendum, Neque enim nobis ea natura est, ut se in cælestem cognitionem suis viribus efferat. A DEO discendum est, quid de DEO Deique voluntate intelligendum sit, quia DEVS non nisi DEO autore cognoscitur. Quoniam igitur impossibile erat, sine DEO discere DEVM, per verbum suum docet homines scire DEVM.*

8. Hic quoque meminisse debemus sapientissimæ sen-

18
mæ sententiæ Gratiani Imperatoris, qui de sancta Tri-
nitate ita statuit: *De mysterio sanctæ Trinitatis loquimur non
quantum volumus, sed quantum libenter vellemus.* Ita & nos
de tremendo arcano divinæ prædestinationis differe-
mus, non quod & quantum humani cordis curiositas
desiderat, sed quod & quantum Spiritus Sancti dicta-
men in Scripturis nobis suppeditat, servatis reliquis in
transmundanam Academiam, ubi divina omnia co-
ràm contemplabimur,

9. Ipsum nomen *Prædestinationis* quod attinet, di-
citur illud à verbo *prædestinare*, quod vicissim ex voce
duplici, *præ* & *destinare*, compositum est.

10. Particulâ *præ* hîc quædam notatur antecessio,
tùm durationis seu æternitatis ad tempus, ita ut præde-
stinatio nihil aliud sit, quàm æterna destinatio, quæ
tempus omne antecedit; & prædestinati dicantur, qui
ab omni æternitate, antequam ipsi in tempore existe-
rent, & mundus conditus esset, à DEO electi & destina-
ti sunt ad vitam & salutem æternam: tnm dignitatis
seu personarum ad personas, ut prædestinati vocen-
tur, qui præ aliis sunt electi & destinati. Atq; sic respec-
tus habetur ad decretum DEI, quod ab æterno fuit de
fidelibus separandis, & ad vitam destinandis, ante-
quam in tempore crearentur.

11. Verbum *destinare* licet alibi multa significet:
hoc tamen in loco nihil aliud est, quàm firmo animi
proposito per certa media dirigere, constituere, defi-
nire & ordinare ad finem certum.

12. Græcè prædestinatio dicitur *προορισμός* ex
Rom. c. 8. v. 30. Eph. c. 1. v. 5. 11. &c. *ἀπὸ τῆς προορίσεως*,
cujus verbi vi & ambitu tùm finis ipse, tùm media ad fi-
nem ducençia comprehenduntur. ὅθεν enim termi-
num

16
num aut finem notat. *προοριζων* igitur erit ad certum
finem prius destinare, & simul media ad finem illum
consequendum necessaria constituere.

13. Legitur in scripturis translatum modò ad res,
ut Act. c. 4. v. 28. 1. Cor. c. 2. v. 7: modò ad personas, in
locis superiori thesi allegatis, ac tum semper earum
electionem, & ad vitam æternam deputationem notat.
Quo pertinet illud Lombardi lib. 1. dist. 35. lit. a. & b.
Item dist. 40. lit. a. ubi inquit. *Prædestinatio de bonis sa-*
lutaribus est, & de hominibus salvandis.

14. Hinc cum Prædestinatione coincidit *ἐκλογή*,
electio, quæ vi Præpositionis *ἐκ* in sui significatione
quamdam includit segregationem vel separationem,
quæ unum vel plura è multis leguntur, hoc est, peculi-
ariter segregantur & separantur, iisdemq; præferun-
tur. Quo sensu ait Servator noster Joh. cap. 15. v. 19:
Ego elegi vos de mundo. (ἐκ κόσμου.)

15. Hoc eodem sensu apud Hebræos in usu sunt
duo hæc verba *בחר* & *הבדיל*, ut Deut. c. 7. v. 6. *בחר*
Te elegit Dominus Deus tuus, ut sis ei populus peculiaris de
cunctis populis, qui sunt super terram. Nec non Lev. c. 20.
v. 26. *ואבדיל*, *Et separavi vos à cæteris populis, ut essetis mei.*
Adde verba Salomonis 1. Reg. c. 8. v. 53, ac denuò con-
fer Num. c. 16. v. 9. 1. Paralip. c. 15. v. 2. Consimili mo-
do electio discipulorum Luc. c. 6. v. 13. nominatur se-
paratio Act. c. 13. v. 2. Quæ observatio non parùm
proderit ad versus propugnatores universalis & indi-
cretæ, sine omni respectu fidei vel incredulitatis, ele-
ctionis Samuelis Huberi, Helvetii.

16. Dicere enim omnes electos, est dicere nullos
esse electos. Nam si quis tibi porrigat centum imperia-
les, & dicat: *elige ex his, qui placent, tu verò sumeres*
ad unum

ad unum omnes, quomodo dici poterit te elegisse, cum eligere necessario sit unum accipere, alterum relinquere.

17. Nec juvat Huberum & ejus affeclas distinguere inter ἐκλεκτὰς & ἐκλελεγμένους; quasi quidem pauci sint ἐκλεκτοί, ex Matth. c. 20. v. 16. omnes autem ἐκλελεγμένοι. Utitur enim Scriptura hisce vocibus promiscue, ut qui sunt ἐκλελεγμένοι, iidem etiam sint ἐκλεκτοί, & contra; id quod probatur, ex Marc. c. 13. v. 20: ἀλλὰ τὰς ἐκλεκτὰς, ἃς ἐξελέξατο, ubi expressè hi, quos DEUS elegit, ἐκλεκτοί vocantur, & ita fictitium hoc discrimen penitus refellitur.

18. Accipitur autem verbum ἐκλέγεσθαι, eligere, in Scriptura itidem bifariam. Uno modo rebus applicatur, & significat approbare aliquid, cæteris præferre, ac interdum ad usum nobiliorem deputare, Gen. c. 13. v. 11. Deut. c. 12. v. 11. 14. 18. 21. 26. G. 14. v. 25. 2. Sam. 24. v. 12. Esa. c. 58. v. 5. 6.

19. Unde ipsæ quoque res in sermone quotidiano electæ nuncupantur, vel ob præstantiam, dignitatem & excellentiam, quam habent, ut gemma electa, annulus electus, equus electus &c; Vel etiam, quod una interdum alterâ sit tolerabilior, uti vulgò dici solet: *Inter duo mala eligendum est minus; Vel ut Tulli^o ad Octavium: E duobus malis, cum majus fugiendum sit, levius est eligendum.*

20. Alio modo vocabulum electionis & eligendi accommodatur personis. Atque hoc sensu usurpatur. 1. de Christo, Esa. c. 43. v. 10. Matth. c. 12. v. 18. Luc. c. 23. v. 35. 2. de Angelis 1. Tim. c. 5. v. 21. 3. de hominibus. Hoc quando contingit, vel significat 1. generaliter segregationem alicujus ad munus vel officium aliquod

16
aliquod obiectum, siue ecclesiasticum illud sit, siue politicum, Exod. c. 18. v. 25. Deut. c. 18. v. 5. 1. Sam. c. 10. v. 24. Luc. c. 6. v. 13. Joh. c. 6. v. 70. c. 15. v. 16. Act. c. 1. v. 24. c. 6. v. 5. Vel 2. *Specialiter* totum ecclesiæ visibilis cæcum ad manifestum DEI cultum in tempore convocatum, Deut. c. 4. v. 37. c. 7. v. 6. 7. c. 10. v. 15. c. 14. v. 2. c. 26. v. 18. & alibi passim in Veteri Testamento. Secundùm quam significationem electio conuenit cum vocatione, quæ fit ex *teriori* per prædicationem verbi, & electi vocantur etiam, qui ad tempus solum credunt. Vel 3. *Specialissimè* ac *maximè* propriè cœtum verè credentium, siue ecclesiæ invisibilis, ad vitam æternam ab æterno ordinatum, Eph. c. 1. v. 4. Jacob. c. 2. v. 5. 2. Pet. c. 1. v. 10. & alibi in Novo Testamento, eiq; é diametro opponitur *Reprobatio*.

21. Ultima hæc significatio unicè huc spectat, iuxta quam inter prædestinationis & electionis vocabula discrimen agnoscimus nullum, sed æquè latè patere, ac planè *συνομιμας* ea in hac dissertatione usurpari, constanter adserimus ex Rom. c. 8 v. 30. Eph. c. 1. v. 4. 5.

22. Errant proinde toto cœlo. 1. illi Calviniani, qui prædestinationem quidem ab æterno factam, electionem verò demùm in tempore contingere comminiscuntur, contra clarum Pauli pronunciatum in loco jam citato Eph. c. 1. v. 4: *Elegit nos in Christo ante constitutionem mundi*. 2. Non minus alij, qui Calvini stigma in fronte gerunt, ut Piscator, Polanus, Bucanus, Sohnius & horum complices, qui Prædestinationem in significatione propria etiam ad reprobos, & sic ad mala extendunt, dum eam ponunt loco generis, & in electionem ac reprobationem, ceu duas species, dispescunt, contra nonnullos fidei confessionisq; suæ socios

10
eos alios, Zanchium, Keckermannum & Ursinum,
quibus & Bellarminus ad stipulatur lib. 2. de grat. & lib.
arb. c. 16.

23. *Nefas est dicere, DEVM aliquid nisi bonum prædestinare*, ait B. Augustinus de Prædest. DEI, c. 2. Et lib. 6. hypogn. *Mala DEVS tantum præscit ac non prædestinat, bona verò & præscit, & prædestinat.* Prosper in respons. ad Gall. *Prædestinatio DEI semper in bono est &c.* Quod etiam Keckermannus lib. 2. System. Theol. c. 1. pag. mihi 243. ex Philosophicis principijs confirmat, inquit: *Prædestinationis vocabulum propriè non continet sub se reprobationem; quia Prædestinatio est constitutio finis, & ordinatio mediorum ad finem. Omnis autem finis suâ naturâ est optimum quid, & perfectio rei. Damnatio verò non est optima, imò non bona, sed ultimum malum. Quare ad illam tanquam ad finem suum nemo præordinatur vel prædestinatur.*

24. Porro in modò demonstrata propriissima significatione Electionis sunt ipsi & Prædestinationi συνώνυμα κλήσις ἀγία κατὰ πρόθεσιν καὶ χάρις, 2. Tim. c. 1. v. 9. Τάξις ad vitam æternam, Act. c. 13. v. 48. Ἰέσις εἰς περιποίησιν σωτηρίας, 1. Thes. c. 5. v. 9. Εὐδοκία ἔμελλεμα, Θεῶν, Eph. c. 1. v. 5. περιεπιμασία εἰς δόξαν, Rom. c. 9. v. 23. Inscriptio in librum vitæ, Exod. c. 32. v. 32. Psal. 69, v. 29. Dan. c. 12. v. 1. Apoc. 17. v. 8. &c.

25. Et cum doctrina de Prædestinatione absquæ præscientiæ divinæ mentione commodè explicari atq; intelligi nequeat, etiam de hâc, Græcis πρόγνωσις dicta, aliquid monendum erit.

26. Tribuitur DEO, non quod in eo tempore antecedit: sed κατ' ἀνθρώπου πάθειαν καὶ συγκατάβασιν, quâ, Augustino Interprete, ipse se ad nostrum captum accommodando demittit. *Cum enim homines simus, huma-*

B no more

16
in amore *DEVS* nobis loquitur in scriptura, ait Hilarius lib. 6.
de Trinit. Alias in *DEO* scire & præscire simplicissime
unum sunt; quemadmodum ipse est *δεχὴ ἀναρχος*, & *ὄν
ἀδραχίγενν*: ita apud ipsum nihil est præteritum, cujus re-
cordeatur, nihil futurum, quod præcognoscat, sed uno
simplicissimo *πρῶτον* actu omnia simul uno eodem-
que momento præsentissima intuetur. Quod etiam
Scaliger notavit Exerc. 365. sect. 8. ajens: quare ut illud
quod subtilius excutiamus, ne verbum quidem illud, prævide-
re, *DEI* convenit omnipotentia, nisi quod nostra mutila intel-
lectione metimur infinitatem. Nobis quidem quibus est futu-
rum, prævisio illa est. *DEVS*, cui nihil futurum est, non præ-
videt, sed videt simplicissime, quod est præsens. *DEO* enim sunt
omnia præsentia. Ipse est omnia, & ipsi omnia sunt in actu, que
nobis videntur in potentia, sicut idē dicit Exerc. 307. sect. 20.

27. Tres autem divina *προνοίας*, prænoctionis
seu præscientiæ ratione objectorum considerata, scri-
ptura nobis tradit significationes. Prima est generalis,
quæ illa ad omnes creaturas, tam malas quam bonas, ad
omnes itidem actus, qualitercunque sunt comparati,
extenditur, Dan. c. 2. v. 28. c. 13. v. 42. Esa. c. 37. v. 28.
Job. c. 28. v. 24. Syr. c. 17. v. 16. c. 23. v. 27. 28. Act. c. 2.
v. 23. &c. Altera est specialis, respiciens solum fideles
ac electos *DEI* filios, & locum potissimum habet in
articulo de prædestinatione. De hac vide Rom. c. 8. v.
29. c. 11. v. 2. 2. Tim. c. 2. v. 19. 1. Pet. c. 1. v. 2. Tertia
singularis, tantummodo ad Christum pertinens, qui di-
citur *προγνωσμένος*, præscitus ante constitutionem
mundi, 1. Pet. c. 1. v. 20.

28. Scholastici Doctores inter præscientiam *DEI*
ita distinguunt, ut aliam statuunt contemplativam, aliam
prædicam.

29. Con-

29. Contemplativa (quæ & simpliciter intelligentia) Item visionis præscientia vocatur) nihil aliud est, quàm quod DEUS ab æterno omnia noverit, antequam facta sint vel fiant, mala pariter ac bona, absq; ulla tamen causalitate, hoc est, ut non causet ea, dum sunt objectum hujus divinæ præscientiæ.

30. Quæ propterea rebus præscitis nullam adfert necessitatem, ut fiant: sed supponit tantum, eas certò esse futuras. Non enim ex eo, quod DEUS scit aliquid futurum, idcirco futurum est: sed quia futurum est, DEUS novit quasi præscire futurorum, ait D. Hieronymus in comment. super Jerem. c. 26.

31. Fallitur proinde ac fallit Johannes Calvinus lib. 3. Instit. c. 23. §. 6. & 7. cum docet, quod quæcunq; eveniunt, decreto DEI eveniant; & quod quæcunq; futura DEUS præviderit, ita fieri decreverit. Hoc principium falsissimum & omnis impietatis plenissimum esse, quivis ferè pueri Christianorum rectè instituti nôrunt.

32. Quippe si DEI decreto omnia eveniunt, etiam mala, tum homines quoties peccant, ex DEI decreto ac voluntate peccarent; cum tamen hic non sic volens iniquitatem, Psal. 5. v. 5. & alibi. Omne peccatum ex diabolo, & hominis prava ac mala voluntate oritur; ex DEI autem præscientia nullum omninò, quod & B. Augustinus docet lib. 5. de Civ. DEI, cap. 10. ita scribens: *Neq; enim ideo peccat homo, quia DEUS illum peccaturum esse præscivit, imò ideo non dubitatur ipsum peccare, cum peccat, quia ille, cujus præscientia falli non potest, non factum, non fortunatum, non aliquid aliud, sed ipsum peccaturum esse præscivit.*

33. Præscientia practica (quæ & approbationis non nullis

B 2

31
36
37
21
28
4
4
4

nullis dicitur) est, quando DEUS aliquid præscit, & simul illius, quod certa atq; infallibili cognitione præscit, causa est, ut fiat, aut alio modo circa illud, si malum est, occupatur. Contingit hoc, non quatenus DEI præscientia spectatur præcisè secundum se: sed cum demum, cum voluntatem secum habet concurrentem.

34. Differt à DEI providentia parum, imò ferè nihil. Utraq; verò à speculativa præscientia dupliciter. 1. quia hæc inest DEO *εσιωδώς*, ut essenziale ipsius *ιδιωμετα*: illæ sunt liberrimæ voluntatis DEI. 2. quia hæc notat solam *γνώσιν*, & ad intellectum spectat: illæ autem præter *γνώσιν* etiam *ἐνέργειαν* includunt, & ad DEI voluntatem pertinent; licet certâ ratione, quoad æqualem objectorum ambitum, omnes conveniant.

35. Jam dicta DEI voluntas licet re ipsa unica sit & individua; quia ipsamet DEI essentia est: nostræ tamen infirmitatis erudiendæ causâ multiplex est & traditur ejus distinctio.

36. I. quoad præsens alia statuitur *occulta*, alia *revelata*. Illa est, quam DEUS coram hominibus abscondit, quamdiu ipsi visum est; hæc est, quam in verbo suo cunctis patefecit. Dicitur illa quoque à nonnullis voluntas *beneplaciti*; hæc voluntas *signi*.

37. Sciendum autem de voluntate occulta seu beneplaciti contra Calvinianos, quod revelatæ seu signi non sit contraria, quasi de salute nostra DEUS aliud apud se statuerit ab æterno, in arcano & imperscrutabili suo judicio; aliud verò hodie in verbo simul ac promittat. Atrox sane esset blasphemia, ejusmodi dolos & versutiam ad fingere ei, qui omnis veritatis fons ac fundus est, sibiq; perpetuò constans, ab omni simulatione & fraude alienissimus.

38. II. Voluntas DEI alia est *absoluta*, alia *conditionata*. Secundum illam quædam vult absolute & simpliciter, circa ullam in hominibus conditionem; secundum hanc quædam vult sub certa conditione, qua deficiente non fiunt, quæ Deus alioquin fieri vult.

39. De priore dicitur Psal. 115. v. 3. Esa. c. 46. v. 10. Esther c. 13. v. 9. Rom. c. 9. v. 19, estq; per se immutabilis, semper impletur, & nulla vi externa impediri potest. De posteriore intelliguntur loca Esa. c. 65. v. 12. Ezech. c. 33. 11. Matth. c. 23. v. 37. Luc. c. 7. v. 30. Act. c. 7. v. 51. 1. Tim. c. 2. v. 4. 2. Pet. c. 3. v. 9. &c. dicitq; potest mutabilis, non ob aliquam factam mutationem in ipso DEO, quam vel cogitare impietate ipsa magis impium est: sed potius in homine per absentiam conditionis, quæ necessario impedit, quo minus fiat, quod alias fieri deberet. Unde illam *θέλημα ἐνεργητικόν*, voluntatem efficacem: hanc *θέλημα ἀνενεργητικόν*, voluntatem inefficacem nominat B. Augustinus in Enchirid. c. 102. & 103.

40. Et de hac mutatione lib. 22. de Civit. DEI, cap. 1. ita pronunciat: cum DEVS mutare dicitur voluntatem, ut quibus lenis erat, v. g. reddatur iratus, illi potius quam ipse, mutantur, & eum quodammodo mutatam in his quæ patiuntur, inveniunt: Sicut mutatur sol oculis sauciatis, & asper quodammodo ex miti, & ex delectabili molestus efficitur, cum ipse apud se ipsum maneat idem, qui fuit. Eadem penè leguntur lib. 3. de Trinit. c. 16: Cum DEVS iratus dicitur malis & placidus bonis, illi mutantur, non ipse: sicut lux in firmis oculis aspera, firmis lenis est, ipsorum scilicet mutatione, non sua,

41. III. Huc maximè etiam pertinet illa perutilis & nunquam satis laudata voluntatis divinæ distinctio apud Damascenum lib. 2. de orthod. fide c. 29. & in dial. de heresi Manich. pag. 563, quâ in *προηγούμενον*, antecedente, & *επιούμενον*, consequente discernitur. 42. VO-

42. Voluntas DEI antecedens (quæ & *universalis* dicitur) nihil aliud est, quàm desiderium ipsius ardentissimum, quo seriò, constanter & ardens cupit homines ad unum omnes salvos fieri in Christo Jesu fide apprehendendo, ut effulget lucidissimè ex hisce Spiritus S. oraculis Ezech. c. 18. v. 23. 33. c. 33. v. 11. Matth. c. 11. v. 28. Rom. c. 11. v. 32. 1. Timoth. c. 2. v. 4. 2. Pet. c. 3. v. 9. &c.

43. Appellatur sic, quia considerationem accipationis vel neglectus mediorem ad salutem nostram pertinentium antecedit, quorum respectus hinc habetur, prout ex parte DEI sunt ordinata, & omnibus sine discrimine nationis sexus, aut generis offeruntur.

44. Voluntas DEI consequens (quæ & *particularis* nuncupatur) est judiciaria, quâ Deus ut justissimus iudex vel præmium tribuit, vel pœnam infligit, hoc est, quâ seriò & justè vult perseveranter credentes salvari; finaliter impœnitentes verò & incredulos damnari, uti constat infallibiliter ex Marc. c. 16. v. 16. Joh. c. 1. v. 12. c. 3. v. 18. c. 6. v. 40. 1. Cor. c. 1. v. 21. &c.

45. Cognominatur ita, quia eandem modò distam considerationem subsequitur, & respicit vel hominum obedientiam, quàm voluntas DEI antecedens à singulis & universis requirit; vel inobedientiam, quæ voluntati eidem quam maximè adversatur.

46. Fundamentum autem totius hujus distinctionis consistit in mirabili divinæ misericordiæ & justitiæ temperamento, quod brevibus, sed emphaticis verbis exprimit Tertull. lib. de resurrect. Carnis, inquit: *DEVS de suo optimus, de nostro justus.* In voluntate enim antecedente DEVS exhibet nobis SUUM, hoc est gratiam & misericordiam suam, secundum quam est optimus.

168
muā. In consequente attendit **NOSTRUM**, hoc est, nostram gratiæ ac misericordiæ suæ vel acceptationem, vel rejectionem, quo respectu iustus est.

47. Membra quoque ejusdem distinctionis licet multis modis differant: conveniunt tamen in hoc, quod neutrum sit absolutum, sed utrumq; determinatione mediorum limitatum, certisq; hypothesibus circumscriptum. Quod notandum. 1. non modò contra Calvinianos, qui antecedentem voluntatem impiè negant, & consequentem, suo more, perversè intelligunt: sed etiam 2. contra Huberum, qui illam quidem proficitur; hanc verò contra expressam scripturæ literam infectatur, eamq; priori universali contradictioni opponit.

48. Meritò etiam aliquid adjiciendum de *Proposito & Consilio DEI*, quæ in negotio prædestinationis sunt quasi norma ac regula voluntatis ejus, secundum quam Prædestinati seu electi sumus, Eph. c. 1. v. 9. II. Rom. c. 8. v. 28. 2. Timoth. c. 1. v. 9.

49. Complectuntur autem hæc duo universum salutis nostræ ordinem, omnesq; ejus causas & media per doctrinā Evangelij nobis revelata ac manifestata, quod & ob id *consilium DEI* appellatur Act. c. 20. v. 27.

50. Cum grano igitur Salis accipiendum illud Scaligeri Exerc. 365. sect. 8. *Tam impia est vox in divinis CONSILIIUM, quàm pluralitas Deitatis. Non disceptat, non ratiocinatur, non proponit, non colligit, non eum alio confert, non ab ullo accipit. Cui suffragatur Calvinista Goclenius part. 2. controvers. Log. pag. 212.*

51. Vox enim *consilij* quatenus notat discursum mentis de rebus adhuc ambiguis atq; incertis; vel etiam ipsam sententiam ex tali discursu natam, de **DEO**, ob id,

10
ob imperfectionem quam importat, verificari non potest, nec debet. Habet enim conjunctam ignorantiam futuri exitus. In DEUM autem nec ulla cadit ignorantia, neque futurorum incertitudo, ut eruditè disputat Pelargus in Damasc. lib. 1. de Orthod. fide, c. 24. Quatenus verò significat ipsum DEI propositum, seu actum internæ dispositionis; Vel etiam ipsam sententiam, quam simplici apprehensione, citra discursum, DEUS approbat, tum nullam complectitur imperfectionem, nullaq; causa est, cur DEO, præeunte Scriptura in pluribus locis, adscribi non possit.

52. His ita paulò fustius explicatis, quæ lucem non mediocrem præfenti dissertationi adferunt, nunc cum eadem Scriptura de Prædestinatione ita sentim⁹, quod sit actio DEI, quâ ante jacta mundi fundamenta, secundum propositum suum & infallibilem præscientiam, ex mera gratia & misericordia ad vitam æternam ordinavit omnes, auxiliante Spiritu Sancto per verbum & Sacramenta perseveranter in Christum mediatorem credituros, ut essent sancti & irreprehensibiles coram ipso, in laudem gloriosæ gratiæ ipsius.

53. Loco generis ponimus *Actionem*, & quidem illam æternam, quâ ordinavit DEUS nonnullos ad vitam æternam, Act. c. 13. v. 48. Eph. c. 1. v. 4. 2. Thess. c. 1. v. 13. Imò prædestinationem actionem esse, ac per hanc definiendam, ipse Apostolus innuere videtur. Eph. c. 1. v. 11, ut nihil dicamus de ejus in scriptura synonymis idem indicantibus, ut sunt præparatio in gloriam, inscriptio in librum vitæ, consignatio in manu DEI facta &c. de quibus vide thes. 24.

54. Quod porrò in definitione additur *secundum propositum suum & infallibilem præscientiam* ex Rom. c. 8. v. 28.

18
v. 28. 29. 1. Pet. 1. v. 2. &c. intelligitur hinc, hanc DEI
actionem non esse absolutam, sed ordinatam, restri-
ctam, & certis suis medijs determinatam.

55. Notat enim hoc propositum nihil aliud,
quam DEI decretum & ordinem, quo ipse per verbum
& Sacramenta credentes in Christum eligere, & certò
salvare constituit. Idcirco juxta hoc suum propositum
ab æterno factum, per prædicatum & auditum ver-
bum, ac usum Sacramentorum illos vocat in tempore
ad communionem regni filij ipsius, nec non idoneos reddit
ad participationem sortis sanctorum in lumine, Colofs. c. 1. v. 12.

56. Dicitur præterea in nostra definitione *ex me-
ra gratia & misericordia*; quia DEUS hic non ad homi-
num studia, opera & merita respexit, quasi propter illa
ad vitam æternam nos elegerit. *Non ex operibus nostris,
sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit DEUS*, Tit.
c. 3. v. 5. Et rursus 1. Timoth. c. 1. v. 9: *Salvos nos fecit
& vocavit vocatione sancta non secundum opera nostra, sed se-
cundum suum propositum & gratiam &c.* Nunc si gratia, non
jam ex operibus, alioquin gratia jam non amplius esset gratia.
*Sin ex operibus, jam non est amplius gratia, alioquin opus jam
non foret opus*, Rom. c. 11. v. 6.

57. Clarissimis hisce effatis apostolicis, & cum-
primis argumentatione reciproca ex contrarijs imme-
diatis, à positione unius ad remotionem alterius, &
contrà, eliditur error. 1. Origenis & Pelagianorum,
de electione facta ex prævisis operibus. 2. Pontificio-
rum, qui verbis quidem Pelagij hæresin improbant, re-
ipsa tamen eidem in totum subscribunt, dum nemi-
nem electum, ajunt, nisi quem DEUS benè operatur-
um præviderit, juxta ingenuam confessionem Jesuitæ
Becani tom. 1. Opusc. cap. 3. de Prædest. Cathol. th. 2.

C

pag 80,

pag. 80. quem merito ob candorem, præ cæteris suis
socijs mirè inter se dissentientibus, commendamus.

58. Neq; Stapletoni & aliorum quorundam ad-
mittere possumus distinctionem inter Electionem ad
gratiam, à qua excludantur opera, & electionem ad glo-
riam, ubi opera habzant rationem causæ & meriti, ita
ut electi salutis suæ sint cooperatores, & mercedem
operum accipiant.

59. Nam de priore hoc loco nulla est controver-
sia, quæ sensu duntaxato & generali electio vocatur:
sed tantùm de posteriore, quæ sic nuncupatur sensu
proprio & speciali. In hac adipiscenda quantum no-
stris operibus adscribimus, tantùm divinæ gratiæ ac
misericordiæ decrahimus, juxta oppositionem apo-
stolicam, quâ se gratiæ & opera mutuò collunt.

60. Semper enim gratia est & manet, quæ gratis
datur absq; ullo merito, quantum hoc eundq; etiam
sit. Unde laude dignissima, & plena pietatis vox est
Augustini, quam ex hoc argumento sumptam aliquo-
ties repetit: *Gratia non est gratia ullo modo, nisi sit gratuita
omni modo.* Item Bernardi: *Deest gratia, quicquid meri-
tis deputas. Nolo ergò meritum, quod gratiam excludat.*

61. Expirant itaque hoc loco omnia opera, seu
operum merita, cujuscunq; temporis aut conditionis
illa sint, propter quæ Pontificij ad vitam æternam se
electos arbitrantur.

62. Eadem planè dicta ac responsa sunt Photi-
nians, qui icidem ab opinione vel potius hæresi Pelagi-
ana & Pontificia non sunt alieni. Quemadmodum
enim propter obedientiam & bona opera hominem
salvari docent: ita & secundum prævisionem hujus
obedienciæ factam esse prædestinationem putant. Et
quos

quos DEUS ab æterno prævidit libero arbitrio rectè
usuros, ac in præceptis Christi pro virili per omnem
vitam ambulaturos, hos scribunt ad vitam æternam
electos esse, & quidem idèò, qui Christum sint receptu-
ri, atq̃ue mandatis ejus obtemperaturi. Vide Catechis.
Racov. p. 29 f.

63. Cæterùm præter gratiam & misericordiam
DEI adhuc aliam electionis causam in definitione no-
stra notamus, quam MERITUM CHRISTI indigitamus.

64. Quemadmodum enim bonus & misericors
DEUS ab omni æternitate in seipso posuit & statuit, to-
tum genus humanum in Adamo periturum, per filium
suum unigenitum reparare, sibiq̃ue ipsi reconciliare:
*ita etiam in plenitudine temporis hunc eundem misit, factum
ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redime-
ret, Gal. c. 4. v. 4. 5.*

65. Quod mediationis opus & officium filius lu-
bens in se recepit, ut etiam divinæ justitiæ suæ habere-
tur ratio, citra cujus læsionem nemo hominum un-
quam ad salutem eligi potuisset, nisi pretio redempti-
onis interposito, quod unice in illius satisfactione
consistit.

66. Quamobrem præstitit omnia ea agendo & pa-
riendo, quæ ipsi generis humani recuperandi causâ ab
æterno imposta fuere. Et licet in tempore demum
hoc ipsum factum sit: DEO tamen ita præsens semper
fuit, ac si ab æterno actu præstitum esset.

67. Proinde ejus intuitu à primo Adamo per
omnia subsequencia secula ad ultimum usq̃; hominem,
credentes ab æterno elegit, in tempore salvavit & sal-
vabit; cum unus tantum sit mediator omnium homi-
num, quolibet tempore & loco, *extra quem nulla salus,*
C 2 sicut

31
36
37
21
9
28
4
4
4
4

18
sicut Petrus testatur Act. c. 4. v. 12. Etc. 15. v. 11. *Per gratiam Domini Jesu Christi credimus salvari, quemadmodum est illi.*

68. Hinc Apostolus notanter dicit Eph. c. 1. v. 4. 5. 6. 7. *DEUM nos elegisse ante constitutionem mundi IN CHRISTO; Nos prædestinasse eis vocationem PER JESUM CHRISTUM; IN DILECTO ILLO, IN QUO habemus redemptionem per sanguinem ipsius, nos esse charos redemptos.* Et 2. Timoth. c. 1. v. 9: *Gratiam datam esse nobis, IN CHRISTO IESU, ante tempora aeterna.*

69. Unde simul liquet, etiam Fidem hoc Prædestinationis arcanum complecti. Nemo enim est in Christo, in quo & per quem dicimur electi & prædestinati, nisi vera fide illi insertus sit, uti colligitur ex Joh. c. 15. v. 4. & seqq. *Per fidem fit spiritualis desponsatio Christi et fidelis anima,* Ose. c. 2. v. 19. 20. Item *vocationis absque fide in Christum nulla est. Nam eis dedit potestatem filios DEI fieri, qui credunt in nomen ejus,* Joh. c. 1. v. 12. Gal. c. 3. v. 26. Etiam gratia in electione concurrens nemini quicquam prodest seclusa fide, utpote quæ sola Christum mediatorem ac salvatorem ponit medium inter DEUM iratum & nostra peccata. Ut nihil etiam dicamus, nos prædicari electos *nam illud evdousias, secundum beneplacitum DEI,* Eph. c. 1. v. 5. 9. Nunc autem *impossibile est, placere DEO sine fide,* Hebr. c. 11. v. 6. Pro asserenda fide quid, quæso, in allegatis locis poterat adferri illustrius?

70. Insuper expressa fidei mentio fit 2. Thes. c. 2. v. 13. Tit. c. 1. v. 1. 1. Pet. c. 1. v. 5. Jacob. c. 2. v. 5. Joh. c. 17. v. 20. 1. Timoth. c. 1. v. 16. &c. Ac juxta effatum illud Theologicum: *Eadem est ratio Electionis, quæ Justificationis. Item: Eadem sunt causa Electionis et Justificationis,*
propter

10
propter consonantiam decreti cum executione. Jam
verò nulla prorsus est justificatio hominis peccatoris
coram DEO absq; fide, Rom. c. 3. v. 28. c. 4. v. 3. c. 5.
v. 1. Gal. c. 2. v. 16. &c. Ergò absurdum est, velle ullam
quærere electionem, quæ nullo fidei intuitu facta sit,
alijs fundamentis pro ea adstruenda ac defendenda,
nunc brevitatis causâ, ne numer⁹ thesum nimium ex-
crescat, omittis, quæ ipsi conflictui reservata volumus.

71. Ingraditur autem sublime hoc mysterium.
FIDES non *μισηκῶς*, quod in DEO, ut nos eligat, effi-
ciat; vel quatenus qualitas aut virtus quædam eximia
& præclara, nostris viribus comparata, sive ex toto, si-
ve ex parte, quasi electi simus propter fidem, vel propter
fidei dignitatem *meritorie*, quod iterum foret Pelagia-
num ac Pontificium: sed partim *ευστατικῶς*, respectu to-
tius ordinis prædestinatorij, cujus pars & membrum
existit, partim etiam *ὀργανικῶς*, respectu gratiæ in Evan-
gelio oblatae & meriti Christi, quod utrumq; fides ceu
manus, & quidem à DEO suppeditata, apprehendit.

72. Etenim hoc Christi meritum quamvis in se &
ratione acquisitionis consideratum, sit uivernale sim-
pliciter, ad omnes & singulos homines, nullo penitus
ex cepto, pertinens ex æquo, quicquid etiã obganniane
Calviniani contra manifestissima scripturæ testimo-
nia; hoc tamen respectu consilio & decreto electionis
insertum non est, nisi absurdè statueret velimus, omnes
fuisse eligendos, vel cum Hubero, omnes electos esse:
sed tantum applicationis respectu, quatenus omniscius
DEUS ab æterno prævidit, nonnullos illud, omniaq;ue
per illud nobis parta bona, verâ fide apprehensuros, ac
sibi in individuo applicaturos. Hos & non alios elegit
& prædestinavit, 1. Tim. c. 1. v. 16. Joh. c. 17. v. 20.

C 3

73. Nam

73. Nam etsi fides ab æterno non erat, siquidem ne quidem homines eligendi adhuc erant: Deus tamen, cui omnia, nostri respectu futura, sunt presentissima, ab omni æternitate in prædestinationis consilio respectum intuitumq; habuit ad eam in tempore ipso actu subsequituram.

74. Itaq; perinde est, siue dicamus *ex fide*, vel *in fide*, vel *fide in Christum*, vel *per fidem in Christum*, vel *propter Christum fide apprehensum* nos esse electos, modò ipsa fides, quæ est A & Ω nostræ salutis, vel potius fidei intuitus ex æterno electionis actu non explodatur, quo tandem nihil aliud efficitur, quam ut etiam ipse Christus eliminetur & proscribatur. Quod obiter contra Huberum observatum conducit, qui verbis quidem Christum includit, re ipsa tamen excludit, dum fidem ex terminat.

75. Verùm quæ de fide hætenus dicta sunt, includunt totum ministerium Evangelij. Unde speciali demonstratione ac probatione istarum vocum in definitione positarum auxiliante Spiritu Sancto per verbum & Sacramenta credituros, opus non esse videtur, quod tamen ex parte factum supra thes. 55.

76. Constat enim, fidem non ex nobis, sed opus DEI esse, Joh. c. 6. v. 29, donum DEI, Philipp. c. 1. v. 29. quod ipse per auditum verbi, virtute Spiritus Sancti, vult dare & operari, Rom. c. 10. v. 17. Quare prima ac princeps ejus causa est Spiritus Sanctus; Organica seu instrumentalis ministerium verbi & Sacramentorum; Objectum proprium, quod primario apprehendit, & ratione cuius electi sumus, Christus cum universo suo merito. Quæ omnia simul, fide nominata, intelliguntur, si non explicitè, tamen implicitè.

77. Nec difficulter hinc intelligitur, quare *fides non sit omnium*, 2. Thesi. c. 3. v. 2. Rei hujus causa non est ipse DEUS, quasi hic occultè, absolute & simpliciter nonnullis fidem denegat, quemadmodum Theodor. Beza Resp. 2. ad Act. Colloq. Momp. p. 194. & Rennecherus in aurea (verius lutea) sua catena palam & aperte confiteri non verentur: sed ipsi potius homines sunt in culpa, qui *mente corrupti*, ministerium Spiritus per quod DEUS in illis efficax esse cupit, contemnunt, ac *veritati obstant*, 2. Timoth. c. 3. v. 8. *Consilium DEI adversus semetipsos spernunt*, Luc. c. 7. v. 30. *Spiritui Sancto semper resistunt*, Actos. c. 7. v. 51. & sic seipos indignos judicant *vita aeterna*, Actos. c. 13. v. 46. Unde sic, ut *circa fidem sunt reprobi*, 2. Tim. c. 3. v. 8. *faciant naufragium*, 1. Tim. c. 1. v. 19. & *ab ea desciscant*, c. 4. v. 1.

78. Istud diligenti enodatione dignum est, quod definitio etiam meminit *Perseverantia in fide*. Est enim fides vel *temporaria*, quâ ad tempus quidam credunt, & postea deficiunt, Luc. c. 8. v. 13; vel *finalis & perseverans*. Non secundum provisionem illius, sed hujus, in qua homo moriturus est, electionem factam esse, demonstrari potest ex Matth. c. 10. v. 23. c. 24. v. 13. Marc. c. 13. v. 13. 2. Timoth. c. 4. v. 7. 8. Hebr. c. 3. v. 6. 14. Apoc. c. 2. v. 10.

79. Quemadmodum enim DEUS neminem ab æterno ad mortem reprobavit, nisi quem in impoenitentia moriturum esse prævidit: ita etiam neminem ad vitam elegit, nisi quem in fide vera decessurum esse præcavit. Hinc sic, ut omnes electi salventur, & nullus pereat, per Dan. c. 12. v. 1. Matth. c. 24. v. 24. Marc. c. 13. v. 22. Rom. c. 8. v. 29. 30. 2. Tim. c. 2. v. 19; quemadmodum è converso omnes reprobatam damnantur, & nullus

10
nullus salutem impetrat; quod contra Photinianos, nominatim Faustum Socinum, notandum est, qui hoc ipsum disertis verbis negat in suo libello suasorio, cuius titulus: *Quod Evangelici omnino* &c. pag. 13.

80. Non tamen eo sensu hæc in fide perseverantia accipienda est, quasi electi peccatis enormibus contra conscientiam admissis, nunquam possint excutere Spiritum Sanctum, fidem & gratiam DEI semel acceptam amittere, quæ est Spiritus Calviniani opinio.

81. Oppidò falsum hoc esse, vel unicum exemplum Davidis ostendit, qui vivens in adulterio, eiq; ad tempus benè longum indulgens, & Uriam, virum bonum ac innocentem, manibus hostium occidi procurans, certè Spiritum Sanctum, fidem ac gratiam DEI non retinuit. *Talia enim qui faciunt, non erunt habedes regni DEI*, Gal. c. 5. v. 21, *quod est iustitia, pax & gaudium*, Rom. c. 14. v. 17. Hæc retinuisse Davidem in tantis flagitijs viventem, neq; Beza, neq; Piscator, vel quis alius Calvinistarum nobis persuadere poterit.

82. Postquam verò, audita concione Prophetæ Nathanis, egit poenitentiam, à DEO vicissim in gratiam receptus est, atq; sic secundum ipsius propositum & infallibilem præscientiam electus fuit, ac usq; ad ultimum vitæ halitum mansit.

83. Sit proinde conclusio: Sicut renati, qui ex fide temporali definiuntur, possunt amittere Spiritum Sanctum, & gratiã DEI excidere tum *totaliter*, tum *finaliter*, licet hoc ipsum etiam Anabaptistæ cum Calvinianis pernegent: ita electi, qui ex fide finali, hoc est, ad finem perseverante, describuntur, possunt amittere eundem Spiritum Sanctum, & gratiã DEI excidere *totaliter*, nunquam verò & nusquam *finaliter*. Ratio: quia electio

18
electio ipsorum facta est κατὰ πρόνοιαν & οὐκ, Rom. c. 8.
v. 29. 1. Pet. c. 1. v. 2. *Dona verò ac vocatio DEI sunt ἀπετα-
μέλητος*, Rom. c. 11. v. 29. *Solidumq; stat fundamentum DEI, ha-
bens signaculum hoc: Novit Dominus, qui sunt sui*, 2. Tim.
c. 2. v. 19. Quod idem & Christus vult Joh. c. 10. v. 29,
ajens: *Nemo potest oves meas rapere ex manu Patris mei.*

84. Interim tamen electorum officium est, cum
timore & tremore suam operari salutem, Philipp. c. 2. v. 12.
Videre ne cadant, 1. Cor. c. 10. v. 12. *Considerare seipos, ne
tententur*, Gal. c. 6. v. 1. *Ne amittant fiduciam suam*, Heb. c.
11. v. 35. *Operam dare, ut vocationem & electionem suam
firmam ac ratam efficiant*, 2. Pet. c. 1. v. 10, quod fit affi-
dua verbi divini meditatione, usu Sacramentorum,
oratione ardenti, & studio bonorum operum inde-
fesso.

85. Nunquam enim sufficit, benè cepisse, sed &
progredi oportet. *Certandum est bonum certamen, cursus
consummandus, fides & bona conscientia semper habenda ac re-
tinenda*, 1. Timoth. c. 1. v. 19. c. 6. v. 12. 2. Timoth. c. 4.
v. 7. *Quò referendū illud Apocalypticum c. 2. v. 10. Esto
fidelis usq; ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Illudq; al-
terum c. 3. v. 11. Tene quod habes, ut nemo accipiat coronam
tuam.*

86. Et quamvis interdum contingat, ut electi
gravissimè labantur, ac peccatis contra conscientiam
se contaminent: hoc tamen, modò ipsi peccatis non
indulgeant, sed citius ad amissam gratiam per pœni-
tentiam redeant, divinæ electioni nihil præjudicat, ut-
pote quæ ab æterno per fidem in Christum Jesum fa-
cta, in se & ex parte DEI semper firma ac certa est; ex
parte solùm electorum quotidie, quantum hæc imbe-
cillitas permittit, confirmanda & roboranda fidei fru-
ctibus

16
tribus & effectibus, hoc est, bonis operibus, quæ Spiritus Sanctus in ipsis operatur, & ad quæ conditi sunt in Christo Jesu, Eph. c. 2. v. 10.

87. Cæterum, quantum nobis videtur, error hic Calvinistarum de immota atq; perpetua in fide & gratia DEI perseverantia, haut dubiè ex alio ipsorum abominando, & ad orcum usq; relegando profluxit, quò statuunt, Electionis decretum respectu DEI ita esse absolutum, ut nullam planè includat aut ipsius Christi promerentis, aut fidei in Christum apprehendentis conditionem. Unde fieri fabulantur, tales sic absolute electos necessariò tandem converti ac salvari, quicquid agant & quomocunq; vivant.

88. Portentum hoc ex superioribus sua sponte sese evertere arbitramur. Inde enim liquet, electionem nostram in totum pendere à mera DEI gratia in Christo per fidem apprehendendo vel apprehenso, & eatenus tantum nos electos esse, quatenus sumus in Christo, extra quem nullus apud DEUM est expectandus aut sperandus favor.

89. Inter Sophismata compluria, quibus pro adstruendo mendaci ac blasphemò hoc dogmate, nostraq; orthodoxa sententia destruenda, Beza, Polanus, Sturmius, Zanchius & alij Calvini discipuli uruntur, videtur hoc primarium: Meritum Christi fidesq; hominis pendent ab electione, ut effectus à causa; Ergò simul causæ ejusdem esse nequeunt: cum effectus non sit causa, nec contra.

90. Hæc quàm ἀφιλοσόφως καὶ ἀθεολόγως dicantur, piè eruditum neminem lateat. Quis enim ignorat, unum idemq; simul, licet diverso respectu, habere rationem tum causæ, tum effectus? Quis nostrum nescit, meritum

18
meritum Christi ac fidem hominis hic attendi non ratione ipsius actus, qui sequitur in tempore, sed tantum ratione divini intuitus, qui fuit ab æterno? Licet priori sensu dicantur ac sint effectus electionis: non tamen hoc posteriori, ut perenti fusius declarabimus, οὐν Θεῶν, in ipsa collatione.

91. Finem Electionis exprimit definitio nostra
1. geminum respectu nostri, unum intermedium, qui est *sanctitas & vita integritas*, Eph. c. 1. v. 4. officium videlicet electorum, de quo paulò superius: alterum *ultimum*, qui est *salus & vita æterna*, 1. Thessal. c. 5. v. 9. 2. Ep. c. 2. v. 13. Act. c. 13. v. 38. &c. 2. Alium *ultimum & summum* quoq; respectu DEI, qui est *laus gloriosa gratiæ ipsius*, Eph. c. 1. v. 6. 12. 1. Pet. c. 2. v. 9. Gratia nimirum ejus, quæ commendatur tum in electione, tum in justificatione nostri, 2. Timoth. c. 1. v. 9. Rom. 8. 3. v. 24. &c. Hanc gloriosam gratiam merita hominum cuncta prævenientem, etiam nos merito prædicemus in sempiterna secula, Amen.

A D D I T A M E N T A

I.
Bellarminus in loco de Prædestinatione non raro per totum suffragatur Calvinianis.

II.
Idem non seriò scribit *lib. 2. de gratia & libero arbitrio, cap. 9: Quamvis gratia sufficiens omnibus detur, tamen prædestinationis divina nulla ratio ex parte nostri assignari potest. Imò apertissimè sibi ipsi contradicit, ut patet ex collatione capituli subsequentis 14.*

III.
Errat Thomas *part. 1. quest. 23. art. 1. scribens: Prædestinari;*

13
destinari convenit Angelis, sicut & hominibus, licet nunquam fuerint miseri.

IV.

DEO in Scriptura ἀνθρώπων τῶν τριῶν tribuuntur tres libri, Providentia, Judicij & Vita. Ille est universalis gubernationis, omnes & singulas creaturas comprehendens; iste specialis dijudicationis, homines duntaxat DEI judicio sistendos continens; Hic verò singularis praedestinationis; in quo ut soli electi revera inscripti sunt, ita exinde expungi nequeunt.

V.

Hunc tamen vitae librum, praecise & formaliter loquendo, ipsum CHRISTUM esse, adserere nolumus.

VI.

Idem similiter nec ipsa Electio vel Praedestinationis est: sed certa ratione ab ea distinguitur.


Præstantissimo Dn. M. RESPONDENTI,
Amico suo ὁλως ὄλω.


1.
O Pia progenies! quam conscendisse Parentum
Virtutes, vitas amula vita juvat:
Cuiq. Patris volupe est vestigia prendere, laudes
Illius immenso concumulare gradu;
Hoc tua promeruit titulo, vel laudis honore
Ornari virtus, & sacra cura tua:
Gratulor Ergo, mei pars Antiquissima cordis
Ut ius, ex animo, possit amicitiae,
Hoc decus eximium jungat nupero honori
Perpetuumq. tibi servet utrumq. DEVS.

F. l. m. q.:


M. Daniel Wülfer, Norib.


FINIS.











the scale towards document

S.
 baldeis Fasciculus nancupatur צרר ligamen,
 צרר f. צרר ligare, colligare, consuere, strin-
 qui nobis inprimis attendendi) est צרר à
 icat ac Chald. quæ vox צרר bis in uno ver-
) ubi filii Jacobi saccos suos frumentorum m) Gen. 42
 קספו בשקר איש צרר- i. e. Cujusque 45
 erat in sacco suo. Et pauld pdst: Et viderunt
 צרר את- fasciculos, ligamen pecuniarum
 צרר לקח הכסף i. e. ligamen argen-
 Fasciculum pecuniz accepit in manum suam,
 D. Buxdorf. (o)
 ce quidem צרר etiam est Granum, Lapillus.
 uch (p) שעה צרר quod explicat, Lapis ho-
 plicationis ulterioris loco addie: Sapientes
 coram Regibus imagines, quibus dant in manus
 que supponunt pelvim magnam aream: Et finitã
 imago lapidem unum in pelvim istam, cuius so-
 em exauditur, unde sognoscunt horas; Quam-
 דן דן דן דן דן Dn. D. Buxdorf. (q) fatetur, ibi q) Lexic.
 in eadem significatione, quã צרר lapillum f. Chald.
 reperitur in V. T. §. Vincentibus in N. T. cal- Thalm.
 llicetur Christus, verba ita sonant: (r) דָּוָסָּו Rabb. pag.
 Dabo ipsi calculum album; Circa quæ verba ille 1946.
 qui nullã excultus Philosophiã, nec ullius lin- §. 2. Sam.
 æ, sed vix rectè gnarus, Lapidem Philoso- 17, 13.
 fiabatur, accusando B. Lutherum, quod per- Amos 9, 9.
 th will ihm geben ein gut Zeugnis/ vertere de- 7) Apoc. 2.
 m geben etnen weisen Stein/ quomodo versum 17.
 etiorum. O hujus sapientiam, insipientem!
 s optimè vertit: Ein gut Zeugnis/ ad sensum
 um verborum respiciens? quod facillè rituum
 gnari ipsi concessuri. Nam, sunt verba Pl. Rev.
 ur in judicis utebantur calculis solidis, aut per-) Lib. 3.
 s; Ut solidis & abbis Absolutionem, perforatis & Elect. sug-
 m restarentur: Ita Deus in mediis haresibus rutos rum cap. 21
 suos P. 337.

m) Gen. 42
 45
 n) Prov. 7,
 20.
 o) Lexic.
 Chaldaic.
 Thalm.
 Rabbin.
 p. 1946.
 q) Ex Thal-
 mud, Ke-
 lim c. 26.
 q) Lexic.
 Chald.
 Thalm.
 Rabb. pag.
 1946.
 §. 2. Sam.
 17, 13.
 Amos 9, 9.
 7) Apoc. 2.
 17.
) Lib. 3.
 Elect. sug-
 rum cap. 21
 P. 337.

A 3